

F. K. 95

Z d  
3200

X 2054077

BIBLIOTHECA  
PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK  
HALLE  
(SAALE)



Ravissimus & disertissimus autor Plutarchus hanc in Romanis problematis

inter alias movet quæstionem; Unde sit, quod tantopere mulieribus in amicorum luctu placeant vestes & vittæ alba; & afferitque ob eandem causam id fieri, propter quam mortuis stolas albas induere, & hoc velamine ornatos sepelire moris sit. Causam vero hanc esse, quod Corpus ornent, cum nequeant animam, quam puram illustremque, prosequi vellent, si possent, utpote vario ac difficili certamine dimissam à corpore; Esse namq; mortuum à morte sua ἀπὸ τῆς θανάτου, ἢ ἀμύμων, ἢ καθάρον simplex, impermixtum, & purum aliquid, scilicet à corpore velut inficiente & inquinante succo liberatum. Cum ergo sinceram hanc simplicitatem & simplicem sinceritatem albus color optimè referat, utpote omnis mixtionis & tincturæ sordiumque, Christianæ religionis curiosius & otiosius examinet, non usque adeo aliena inde & abnormia inveniet, siue ceremonias & ritû, siue causam

& finem earundem propius intueatur & consideret. Vult Plutarchus, animam animam, τὸ ἐκλύτατον βεῶν ἢ ἐμπεσέμενον, i. e. rem Deo proximam & cognatissimam, similitamq;, quin imò, ut Lyricorum princeps Horatius nominat, auræ divinæ particulam, nequaquam morte extinguere in corpore & cum corpore interire, sed ab illius commercio & quasi contagio liberatam absolutamq;, post exantlatos varios agonas & certamina, emicare candidam, puram, illustrem; & propterea sepeliri mortuos amictu candido; lugentes quoque ejusdem coloris signa lugubria sumere ad testificandum, mortuos non modò nil deteriore fecisse conditionem suam, sed infinities meliorem, perinde ut albus color infinities purior est illustriorq; nigro. Audiamus jam de hoc eodem themate & materia iudicium sacrarum literarum ex 6. & 7. cap. Apocalypseos; *Vidi animas interfectorum propter verbum DEI, & data sunt illis singule stola alba; & dictum est illis, ut requiescerent adhuc tempus modicum, donec completeretur numerus conservorum suorum.* Et rursum; *Stant in conspectu agni ante thronum, induiti stolis albis, & palmae in manibus eorum.* Unde intelligere licet, tantum abesse, ut hac temporali morte aboleantur animæ, & cum corpore desinant, ut siquidem bonum certamen certaverint, potiùs transeant ad statum infinities meliorem; Fieri namq; incolas cœli, & consortes triumphantis Ecclesiæ, in eaq; perfusas nova luce & iustitia tanquam veste novâ candida, & palmis donatas tanquam insigni ac testimonio fidei & servatæ bonæ conscientiæ in hac terrena militia frui conspectu DEI & sanctorum angelorum, & hoc satiatas requiescere ab omnibus ærumnis ac miseriis hujus terrenæ vitæ, donec completo salvandorum numero in domicilia renovati corporis redeant, summâq; ac consummatâ lætitiâ & gloriâ DEUM celebrent in omnem æternitatem. Quod igitur Philolophia discedendo ex hoc fragili & ærumnoso corpore, meliorem facere conditionem suam; additâ simul causâ penitus ignotâ Plutarcho, & Philosophis ad unum omnibus, cur hoc ita sit, & unde beneficium hoc tantum animæ contingat, nimirum in virtute sanguinis agni, ab origine mundi occisi, & omnia nostra peccata in se recipientis atq; expiantis in ara crucis, CHRISTI JESU, quatenus firmâ & constanti fide sibi applicat anima devota hoc ejusdem meritum, & sub cruce patientiam præstat, adeò ut ne quidem propter ejus confessionem vitæ & sanguinem profundere metuat; nequaquam autem propriâ dignitate aut merito aliquo; Sic n. pergit ibidem sacrarum interpret; *Hi sunt, qui veniunt ex afflictione magna, & dealbaverunt stolas suas per sanguinem agni.* Atque hujus gloriæ & beatitudinis expectatione ac intuitu, nos qui Christiani sumus, mortuos nostros multò rectius quàm gentiles involucris albis tegimus & hoc ritu terræ mandamus; sed & hoc coloris genere in vestibus nostris non tam ut luctus signo, quam quæ defuncto contigit, beatitudinis argumento, piè prouderetq; utimur. Utuntur nunc adeò familiæ Nobilissimæ, sui ordinis matronæ, & prolapsæ splendore virtutum ornamentis longè nobilissimæ BARBARÆ SIBYLLÆ, Viri quondam & majorum longaserie numerandorum & suis meritis itidem Nobilissimi, Dn. JOHANNIS Plöhen in Thalvitz, Collmer, Melbis, & Strelle hæreditarii relicte viduæ, superioribus diebus in CHRISTO piè defunctæ, exuvias mortales ad gentilitia monumenta deducitur, & æternam requiem ipsi gratulaturæ. Quibus & nos ad hoc peculiariter rogati non modo comitatum nostrum libenter adjungemus, sed etiam in historicam curricula piè defunctæ pro more Academico haut gravatim, paucis iam, excurremus.

Prodiit in hanc lucem illa anno Christi supra millesimum quingentesimum septuagesimo quinto, circa diem Bartholomæi, prognata ex strenuo & nobilissimo Viro Dn. Daniele à Krahewinkel in Wangelsdorff/ generosorum comitatus à Schwarzburg Capiteo Blanckenburgensis, patris; matre vero itidem nobilissima SCOLASTICA ab Heyden/ de domo Schveta, inter Marchiacas domus longè celeberrima. Avia paterna RHODIA genere de domo Schaffstädt/ post nobilissimi sui mariti obitû Berolini in aula Electorali Brandenburgica, gynecæo Illustrissimo præfecta, ita sategit officii sui gravissimi, omnium ut animos demereretur inq; sui converteret amorem & venerationem. Proaviam ostentat celebratq; VVEIDE BACHIORUM in Thuringia stemma vetustissimum in Naundorff. Nec obscurum est abavia nomen in familia nobilium ab EL SAS de domo Pitzga/ in ducatu Brunsvicensi; ex quo atavia quoque prodiit, nobilissima fœmina à Feldheim/ de domo Bernisdorff. Hæc igitur familiarum suarum lumina & columina, ut mirificè paternam exornarunt domum, sic in materna non postremas tenuere post matrem prius dictam, piè defunctæ avia nobilissima à Stammern/ de domo Ballensstedt/ tum ejusdem ex præclaro sanguine Nobilium à Steeben/ VVesterbergensis domus, in ducatu Brunovicensi oriunda proavia; & deniq; abavia nobilis familiæ à Neustadt in Neufirchen/ ornamentum & propago haut inficianda. Et si verò prædictæ piè defunctæ parens uterq; Nobilissimus, prout decebat, nihil aut prius habuit, aut antiquius, quàm ut primo quoque tempore recens sibi natam filiolum salutaribus baptismi undis abluendam curaret, atq; in seendam mystico ecclesiæ corpori; posteaq; honesta disciplina & suo genere condignis & huic sexui convenientibus moribus institueret in timore Domini, tamen ut nihil firmum & stabile est in humanis rebus, ita & hæc ulu venit. Orbata piè defuncta statim primis infantia lux annis utroque; parente carissimo relicta fuit educationi aliorum; quàm in se susceptam animo & affectu benevolentissimo supra laudata Avia paterna nec minore felicitate continuavit, & ad exitum perduxit. Assvescens namq; piè defuncta ad omne honestatis, virtutisq; decus, plenis jam nubilis annis, collocata fuit auspiciatissimis nuptiis in matrimonium Nobilissimo & exultissimo Viro supra nominato Dn. JOHANNI Plöhen/ in Counovv, equestri Pomeraniæ prædio, tum hæreditario, interq; Nobiles, quos ad ornandam aulam & mandata capeffenda Principi nunquam non à latere esse convenit, nulli secundo; quiq; idem hoc officii genus Serenissimo Saxonæ Electori Dn. CHRISTIANO II. beatissimæ recordationis postea luculentè præstitit: Ubi Capiteus datus præfecturæ Annæburgensi, tum huic ipsi Electori laudatissimo, tum ejusdem in Electoratu Successori fratri, moderno Regenti itidem Serenissimo Dn. JOHANNI GEORGIO, Principi nostro clementissimo, semper in amore summo & tantum non in deliciis fuit, adeò ut non dedignati sint ambo Electores, distinctis vicibus, temporibus & occasionibus, hospitium sibi capere in ædibus Thalvitzianis, suiq; hospitis comitatem & servitia donis amplissimis magnificentissimè remunerari. Vixit ergò piè defuncta in conjugio non minùs splendido quàm Dei benedictione undiq; affluente, fœcundo, mater facta novem liberorum, è quibus nati duo CHRISTIANUS Mediolani Italarum in Longobardia peregrinando, & hoc minor JOHANNES VVILHELMUS Töplittii Bohemorum fortiter dimicando posuerunt vitam filiarum quoque; una natu minima ANNA CATHARINA fatis maturè concessit. Reliqui liberi perfratram gratiam salvi adhuc sospitesq; degunt vitam & degent, quàm diu vult DEUS. Quod si jam ordine recensendum esset, quanta sedulitate & industria & sacramenta ejus exceperit corde, ore, auribus, quàm in omni vita verbis & factis motu gestuq; corporis studiosa fuerit decentiæ & modestiæ, quàm erga maritum observantia, liberalis in pauperes, comis erga omnes, charta nos citius deficeret aut oratio, quàm materia; pleniùs hoc dicant illi & commemorent uberius, qui à cognatione & conq;uid aliud præiens ecclesiæ ac patriæ status afflictissimus, & sub imperio militari durissima fors; de qua, bonis tamen, quotquot etiam fuerint, semper exceptis, verissimè dixeris, quod dictum est ab antiquo; Nulla fides pietasq; viris, qui castra sequuntur. Doluit inquam ipsi, & effudit intimos peccatoris sensus ac recessus; maxime, cum lautissima sua & aliorum sui generis & ordinis prædia, cum domus & urbes impurati militis effrænata rabies ex mera malitia, nullo suo bono aut hostis damno, intra paucorum spatium horarum, in cineris redigeret, & tavillas. Et quævis à serenissima vidua Electorali clementissimè invitata & liberalissimè habita toto illo tempore sat commode latitarit in arce Lichtenburgica, tuta ab injuriis militaribus quod grata mente agnoscens DEUM ut clementissimam hanc gratiam remuneraret divinitus, devotè petiit. Evitare langorem sensit repentinum & insolitum, nil proficientibus medicamentis, contraq; viribus magis magisque fatiscens & instantem ipsi mortem non obscure significantibus. Quibus etiam admonita sese divinæ voluntati obsequio pientissimo subiecit, media salutis usurpavit absolutionem & synaxin sacram, atq; ita mense proximè lapso, die ejusdem XXIX. circa secundam matutinam, in fiduciali apprehensione meriti CHRISTI, placidè & leniter vix ut animadvertent astantes, ætatis anno LXII. clausit hanc mortalem vitam, incoavit immortalē, secundum Apocalypseos oraculum; Beati, qui moriuntur in Domino. Abductio funeris fiet cras hora IX. matutina. Cui ceremoniæ, ut nos intersumus, facit petitio diligens, ut jam de humanitate, quàm equestri debemus ordini, nihil subjungamus, illam ergo ut nostri auctiorem & ornatiorem reddant, mandamus.

Excudebat Henningus Röder.

Zd 3200. FK.

F. K. 95

Zd  
3200

X 2054077

BIBLIOTHECA  
POMICAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK  
HALLE  
(SAALE)

Handwritten initials and scribbles in blue ink.



Zd 3200. FK.

BIBLIOTHEK  
LIBRARI

ADRIAN

FK  
107



# RECTOR ACADEMIÆ LIPSIENSIS.



**R**avissimus & disertissimus autor Plutarchus hanc in Romānis problematis inter alias mover qvæstionem; Unde sit, qvōd tantopere mulieribus in amicorum luctu placeant vestes & vitæ albæ; afferitqve ob eandem causam id fieri, propter qvam mortuis stolas albas induere, & hoc velamine ornatos sepelire moris sit. Causam verò

hanc esse, quod mulieribus in amicorum luctu placeant vestes & vitæ albæ; afferitqve ob eandem causam id fieri, propter qvam mortuis stolas albas induere, & hoc velamine ornatos sepelire moris sit. Causam verò ac difficili certamine dimissam è corpore velut insidente & inquinante è mixtionis & tincturæ sordiumqve ex- nam & partem nostræ Christi- ceremonias & ritū, sive causam DE o proximam & cognatissimam, in corpore & cum corpore, emicare candidam, puram, candum, mortuos non modo nigro. Audiamus jam de hoc.

*Palma in manibus eorum.* Unde intelligere licet, tantum abesse, ut hac temporali morte aboleantur animæ, & cum corpore desinant, ut siquidem bonum luce & iustitia tanquam veste novâ candida, & palmis donatas tanquam insignia ac testimonio fidei & servatæ bonæ conscientia in hac terrena militia frui merito in domiciliis renovati corporis redeant, summaq; ac consummatâ læticia & gloriâ DEUM celebrent in omnem æternitatem. Quod dicitur Philosphia gentilis veluti per nebulas indicat, nec tam scit, qvam vaticinatur; id revelati verbi sapientia statuit in aprico, nempe immortales esse nostras animas, atq; discedendo ex hoc fragili & ærumnoso corpore, meliorem facere conditionem suam; id idem simul causâ penitus ignotâ Plutarcho, & Philosophis ad unum omnibus, cur hoc ita sit, & unde beneficium hoc tantum animæ contingat, nimirum in virtute sanguinis agni, ab origine mundi occisi, & omnia nostra peccata in se recipientis atq; expiantis in ara crucis, CHRISTI JESU, qvatenus firmâ & constanti fide sibi applicat anima devota hoc ejusdem meritum, & sub cruce patientiam præstat, adeò ut ne quidem propter ejus confessionem vitam & sanguinem profandere metuat; nequæquam autem propriâ dignitate aut merito aliquo; Sic n. pergit ibidem sacrorum interpres; *Hi sunt, qui veniunt ex afflictione magna, et dealbaverunt stolas suas per sanguinem agni.* Atque hujus gloriæ & beatitatis expectatione ac intuitu, nos qui Christiani sumus, mortuos nostros multò rectius quam gentiles involucris albis regimus & hoc ritu terræ mandamus; sed & hoc coloris genere in vestibus nostris non tam ut luctus signo, quam quæ defuncto contigit, beatitatis argumento, piè prou- denturq; utimur. Utuntur nunc adeò familiæ Nobilissimæ, sui ordinis matronæ, & prolapsæ splendore virtutum ornamentis longè nobilissimæ B A R B A R Æ S I B Y L L Æ, Viri qvondam & majorum longas serie numerandorum & suis meritis iidem Nobilissimi, Dn. JOHANNIS MÛSTEN in Thalvitz, Collmer, Melbis, & Strelle hereditarii relictæ viduæ, superioribus diebus in CHRISTO piè defunctæ, ex vias morales ad gentilitia monumenta deducunt, & æternam requiem ipsi gratulaturæ. Quibus & nos ad hoc peculiariter rogati non modo comitatum nostrum libenter adjungemus, sed etiam in historiam curricula piè defunctæ pro more Academicæ haur gravatim, paucis tamen, excurreremus.

Prodicit hanc lucem illa anno Christi supra mille simum quingentesimum septuagesimo quinto, circa diem Bartholomæi, prognata ex strenuo & nobilissimo Viro Dn. Daniele à *Grabenwiesel* in *Bangelsdorf*/ generosorum comitum à *Schwartzburg Capitulano* Blanckenburgensium, patris; matris vero eidem nobilissima *SCOLAS TICA* ab *Seyden*/ è domo *Schveta*, inter Marchiacas domus longè celeberrima. Avia paterna *RHODIA* generosa de domo *Schaffstädt*/ post nobilissimi sui mariti obitu Rev. Patris

